romulus marte genitus. et rea siluia uelut nonnulli marte et ilia;
dictaque primum est roma quadrata quod ad æquilibrium foret
posita ea incipit a silua quę est in area apollinis. et ad supercilium
scalarum caci habet terminum ubi tugurium fuit faustuli. ibi romu
lus mansitauit, qui auspicato murorum fundamenta iecit. Duo de
uiginti natus annos. undecimo kalendas maias. ora post secundam
ante terciam. sicut lucius tarruntius prodidit. mathematicorum
nobilissimus, Ioue in piscib; saturno. uenere. marte. mercurio. in scor
pione; sole in tauro; luna libra constitutis, et obseruatū de inceps.
nequa hostia parilibus cederetur. ut dies iste a sanguine purus eet;
cuius significationem de partu iliæ tractam uolunt; Idem romulus
regnauit annos septem et triginta. De caninensibus egit. primum
triumphū. et acroni regi eorum detraxit spolia. quę ioui fere trio
primus suspendit; et opima dixit. rursum de antemnatibus trium
phauit. De ueientibus tercio apud caprae paludem nonis quin
tilibus apparere desiit; Ceteri reges quibus locis habitauerunt.
dicemus; tatius. in arce ubi nunc aedes est iunonis monetę. qui
anno quinto quam ingressus urbem fuerat. a laurentibus interemp
tus; septima et uicesima olympiade hominem exuit; numa in colle
primum quirinali. de inde propter aedem ueste. in regia. qui adhuc
ita appellatur. qui regnauit annis tribus et quadraginta; Iullus
hostilius. in uelia. ubi post ea deum penatium ædes facta est; qui
regnauit annos duos et triginta. obiit olympiade quinta et tri
cesima. Ancus martius. in summa sacrauia. ubi aedes larum est;
qui regnauit annis quattuor et uiginti; obiit olympiade prima

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STIFTSBIBLIOTHEK ST. GALLEN
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Stiftsbibliothek St. Gallen
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/stibsg_cod187/0009